


OEXV


391

EXEMPLAR
S. SCRIPTURÆ





OE XV 391



cm

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

cm



cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
cm

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

Articuli fidei



(5)

5.



Articuli fideis sex sūt corde tenendī
Quos xp̄i socij vocuerūt pneumatice plēt
Credo deū p̄rēz (petr⁹ iqt) cūcta crētē
Andreas dixit. ego credo ihesum fore christum.
Conceptū natūri iacobus. passūq; iohannes
Infera (philius) fregit. thomasq; reuicit
Scādit bartholomeus. veniet cēdere matheus
Pneuma minor iacobus. symon p̄ctā remittit
Restituuit iudas carnem. vitamq; matthias
Hec est catholica sincera fides et amica
A christo lata per discipulos publicata
Signis firmata diuina lege probata.

CDecem sunt precepta legis.

Unum crede deum. ne iures vana per ipsum
Sabbata sanctifice et venerare parentes
Non sis occisor/fur/mechus/testis iniquus
Vicinof; thorūm. resq; cauetō suos

CTriā sunt precepta iuris **Versus**
Jus mandat cuiq; q; viuat semper honeste.
Et nullum ledat. cunctis sua iuraq; reddat

CNota q; oīa p̄cepta reducūtur a duo **Vñsus**
Inde ihesus cuncta precepta reducit ad ista
Dilige corde deum toto super omnia verum
Dilige quemcumq; sicut te diligis ipse
Istud complete pandūt lex atq; prophete:
Sic nō offendas dñm fratrem neq; ledas
Semper gaudebit domini qui iussa tenebit
Sed male peccabit qui iassa dei violabit

CNota q̄ sunt tria pctā in generali, scilicet
originales, veniales, et mortales versus
Omnia peccata trīplīcē sunt nomine dicta
Est quoq; pctm nobis ob origine natum
Est graue mortale: leuius fertur veniale

CNota q̄ pctm originale per baptismum
paragatur: et qđcunq; aliud ante factū. versus
Cum baptizamur ab origine purificamur
Necnon peccato quodcumq; sit ante patrato
Sed cū peccam⁹ grauiter post nos maculamus

CDe septem pctis mortalibus versus
Dic michi saligia que sunt peccata cauenda
Sunt tumor accidia gula luxuries simul ira
Liuc⁹ auaricia septem mortalia dira
Septem pctā necis hec sunt itinera
Que sūt vitanda cū ramis atq; nephanda

CQuare dicuntur pctā mortalia versus
Hec mortalia sūt qz tāq; mors nimis obsunt
Quodvis mortale vitium sit pernitiale
Nam moriens vitio mortali perditur uno

CSequitur de peccato superbie
Et primo quid sit superbia
Est animi elatio vitiōsa que inferiorem
despiciens superioribus et maioriis faragit
dominari versus
Cetera cū supero memet trāscendere quero
Inobedientia
Jactantia
b.tj.

Ceter sunt rami
superbie.

ypocrisia
Contemptio
Presumptio
Pertinacitas.

Jactans ypocrita contēnens iusta negansq;
Presumenſis pertinar dicitur esse superbis

CQuid est inobedientia
Est suo prelato vel superiori iniunctio et licetis
non parere vel obedire.

Nescio parere: michi iusta recuso tenere.

CQuid est iactantia.
Est animi motus quo quis mouetur in animo
suo ad iactandum seu dicendum se habere quod
non habet vel fecisse quod non fecit.

Ex tollo verbis me magna loquendo superbis
Quid est ypocrisia.

Est aliquem se simulare exterius h̄e vtutes quae
nō h̄z: vel alia multa bona q̄ in eo nō sūt.

Quod videoz grata michi dat virtus simulata

CQuid est contemptio
Est aliquem negligenter id ad quod tenetur omis-
tere vel que bona sunt vilipendere

Hec parui repeto que meliora puto

CQuid est presumptio
Est aliquem id quod aliorum est sibi specialiter

attribuere.

De credo tanti q̄ sim par alti tonanti.

Quid est pertinacitas

**Est malefacta vel maledicta propria posse tenus
sustinere.**

versus

Nec male concepta mutabo nec male cepta

C Ex quibus oritur superbia. **versus.**

Robur et ornatus vox fama scientia virtus

Census nobilitas prelatio signa potestas

Hec sunt que faciunt hominem plerumque superbum

C Seq[ue]nt de pcto accidie et p[ro]prio qd sit accidia

**Et animi torpor quo quis aut bona negligit in
choare aut fastidit perficere.**

versus

Tristitiam genero: nil preter tedia quero.

Sollicitudo

Rancor

Pusillanimitas,

Desperatio

Torpor

Vagatio mentis. **versus**

Sollicitus torpens desperans mente vagusque

Rancoremque pusillanimis tenet accidiosus

C Quid est sollicitudo

**Est cum diligent[er] meditatione que nocitura sunt
alteri excogitare**

versus

Sollicita cura quero que sunt nocitura

C Quid est rancor.

Est animi viciū quo quis habet displacentiam in

corde suo erga aliquem de aliquo malo et non potest

excogitare aliquid bonum illi

versus

Si quis me ledit nunq̄ de mente recedit

¶ Quid est pusillanimitas

Est met̄i angustia qua q̄s timet aggredi magna. v⁹
Nil possum careo fracta vigore meo

¶ Quid est desperatio

Est obtenebratio mentis qua quis diffidit de mi
sericordia diuina

versus

Deu quia desperosine spe semper ero

¶ Quid est torpor

Est tepiditas animi qua quis torpet in illius rei
executionem qua debet feruere

versus

Non michi virtutis amor est nec cura salutis

¶ Quid est vagatio mentis

Est animi desidia qua quis de die in die proponit
corrigerre vitam suam et non corrigit: et negligens
in custodiendo mandata dei

versus

Quos scio tristari facio quoq; mente vagari

¶ Sequitur de pctō gule: et primo quid sit gula

Est soli corporis causa illecebrosus, excessivus
quidusq; ciborum appetitus

versus

Dec michi sunt epule que scio grata gule

¶ Primus ramus est quando aliquis comedit
ante horam debitam, ut puta nimis mane come-
dere, vel anteq; dixerit horas vel anteq; fuerit in-
missa diebus festiis.

¶ Secundus ramus est quando aliquis sepius
comedit q̄ debeat et sine causa: quia semel come-
dere in die est vita angelica, bis comedere in die

est vita humana, ter comedere in die est vita
bestialis

Qui semel est iustus, qui bis vir bestia qui plus

Tertius ramus ē qñ aliquis nimis bibit
aut comedit ita q̄ peius est et vel quia ex hoc ebri
us sit vel infirmus facit.

Quartus ramus est qñ aliquis nimis suide
comedit: et non bene masticat escam suam.

Quintus ramus est quando alijs nimis est
deliciosus in cibis & potionibus. nec recusat p̄
suo corpore emere nimis deliciosa quibus posset
subuentre multis pauperibus in grossis cibis

Sextus ram⁹ ē qñ aliquis delectat in diversita-
te sapoz vel escarum et in abundantia earum

Nota q̄ p̄ istud metrū sex rami gule habēt
Pre/propere/laute/nimis/ardenter/studiose

Sequitur de peccato luxurie

Et primo quid sit luxuria

Est incontinēta corporis ex pruritu libidinis
nascens. Et dicitur luxuria q̄ solet puenire ex
luxu cibi et potus: vel alterius rei

versus

Seruit sic veniri q̄ honesta recuso videri,

fornicatio

Stuprum

Sex sunt rami Adulterium
luxurie

Incestus

Raptus

Pctm̄ contrā naturam

Luxurie species recte nos dicimus has sex
Inter non nuptos proprie formix fore fertur
Stuprū causatur cum virgo nolēs violatur
Coniugis alterius violator fertur adulter
Cum sibi cognatis incestus vel moniali
Raptus cū rapitur ac opprimitur violēter
Cōtra naturā peccat sodomita nephandus

CNota q̄ act⁹ veneris est sép nociuus, vers⁹
Actus carnalis est semper pernicialis
Déptis cōiugibus q̄bus est cōsēnsus honestus

CNota q̄ quinque modis potest peccare vir
cum coniuge sua **v**erſus
Quinque modis peccat cū cōiuge ſepe maritus
Tempore / mente / modo / conditione / loco

CNota q̄ pollutio nocturna aliquā est peccatum
et aliquando non est peccatum. *versus*
Crapula p̄meditatio lāguoꝝ et humor abūdās
In sōniis maculant:extrema duo sine culpa

CNota q̄ hō potest vitare venerē: parce vi
uendo. fugiendo ocia loca et tēpora versus
Substractis lignis ardens extinguitur ignis
Sic carnis motus demendo fercula potus
Ocia tollēdo: loca tempora própta cauendo
Vir hō fit castus requiescens et bene pastus
Scripture studia sacra peramando sequaris
Sic carnis vicia non perficies nec amabis

CNota q̄ hō dʒ esse castus z p̄tinēs. versus
Despice fetorē vñneris; seruādo pudo:em

Sibene cōtineas te plebs et ch̄ristus amabit
Sed si luxurieō ch̄ristus te plebs reprobabit
Ergo sis castus semper necnon moderatus
Sperne voluptates carnis: cole sobrietatem
Captiuāt animas requies, carnisq; voluptas

Casus quibus hō potest reddere debitum
et non querere et non peccare *versus*
festa sacerq; locus ieiunia menstrua partus
Si petis hec peccas: redditio quādoq; licēter

CSequitur de pctō ire. et primo qd sit ira,
Est strictus animi furoz excitati vlciscēdī libi
dine nascens. *versus*

Nulla fugit dira mea mens: sequit in ira

Blapphemia

Rixa

Tumoz mentis

Indignatio

Contumelias

Clamor *versus*

Six species ire blapphemia rixa tumoz

Indignas cōtumax clamās sit tibi ira

CQuid est rixa

Est ire motus in iniuriā vel discordiā facti per
quē hō sepe causat p̄tētōes et lites. *versus*

Sepius immites genero per surḡa lites

CQuid est clamor.

Est verbis acerbis pacez & silētiū corrupere.

Pacem corrumpo, clamor silētia rumpo

Quid est indignatio

Est aliqui beneficiū loquela venigrare **versus**
Dic non dignatur ut verba benigna loquatur

Quid est contumelia.

Est in vba iniuriosa et in honesta prūpere. **vñ**
Irrata mente dum vincor mōdeo dente

Quid est blasphemia.

Est cōtra deū vba cōtumeliosa pferre. **versus**
Moorem seruo meum dū maledico deum

Quid est tumor mentis

Est qñ ex nimio furore metis hō tacet. **vñ**
Interius mete tacite facit tra tumentem

Seqtur de pctō inuidie.

Et primo quid sit inuidia

Est dolor de aliena felicitate nascens

animui torqueans **versus**

prospera cum video protinus in video

Odium

Detractio

Sex sunt rami

Discordia

Inuidie

Susurratio

Exaltatio in aduersio p̄imi

Afflictio in p̄spēris p̄imi

Prospera fieri gaudet de dānis inuidus omnis

Detrabit et pariter discordat odit et susurrat

Quid est odium

Est inquietatus si rāco et nascit ex superbia vñ hō
inuidus nō vult habere parez sibi immo iudet si

alter est altior ipso et habet eum quasi odio. versus

Est michi solus amor quo nec amo nec amor

CQuid est detractio

Est aliena bona denigrare vel iuferere. versus

Detraho directe si quid aliquid puto recte

CQuid est discordia.

Est aliquorum dissentio quos prius amores

vinculum alligauit. versus

Consona discordare facit discordia corda

CQuid est susurratio

Est inter amicos discordiam seminare

Lando nimis plene murmuro facta bene

CQuid est exaltatio in aduersis proximi

Est quando homo letatur de malo alterius vel

de eius impedimento

versus

Nunquam tactura cutislibet est michi cura

CQuid est afflictio in prosperis proximi?

Est de utilitate vel de promotione alicuius inuidi

diam habere

versus

Est animi pena michi prosperitas aliena

CSequitur de peccato avaricie

Et primo quid sit avaricia,

Est aliena bona rapere et superflua pauperibus

non erogare

versus

Est uat in cupido per mesine lege cupido

Periurium:

furtum

Rapina

CSex sunt rami avaricie,

Usura

Symonia

Prodito

v̄sus

Crimen avaritie periuria furtarapina
fenus symonia distingunt proditioꝝ.

¶ Quid est periurium
Est mendacium cum iuramento firmatū. v̄sus
Nunq̄ cum iuro bona veris addere quero

¶ Quid est furtum
Est latens usurpatio rei alienae iusto dño. v̄sp
Qui rem furtive tollit parat ille sibi ve.

¶ Quid est rapina.
Est violentia predatio rei alienae . versus
Utribus obtineo non mea moze meo

¶ Quid est usura.
Est studiosa cupiditas aliqd recipiēdī supra sorte
Lucris usure dicari sit mischi cure (v̄sus)

¶ Quid est symonia
Est studiosa voluntas emendi vendendi aliquid
spirituale vel annexum spirituali. versus
Vendere non timeo que fiunt grata deo.

Quid est proditio
Est aliquē figē diligē t sibi nocimēta querere. ver
Hunc me diligere simulo cui quero nocere

¶ Quibus comparantur peccata mortalia
Superbia Leoni
Inuidia Cani
Fra Lupo

Accidia	comparatur	Asino
Avaricia		Camelo
Sula		Ursus vel hircus
Luxuria		Porco
Inuidus	est catulus est hircus luxuriosus	
Est asinus piger est leo conditione superbua		
Iracundus	erit lupus vrsus eritque gulosus	
Sed de natura datur esse camelus avarus		
C Quibus contrariantur peccata mortalia.		
Superbia		Humilitati
Accidia		Diligentie
Luxuria		Castitati.
Ira		Patientie
Sula		Sobrietati
Inuidia		Pietati.
Avaricia		Largitati.

Sic humilis castus miserator sis quoque fortis
Sobrius et largus dilectus cuiuslibet esto

CSequitur de pctō veniali et p̄io vn dicuntur
Dicitur a venia veniale cito sibi danda
Multis namque modis dñs veniale remittit
Notāq̄ trideci mōis dē remittit pctnī veniale
Confiteor tondo respargoz conteroz oro
Ungeoz conuertoz patioz ieiuno remitto
Signoz edo dono mala sic venialia pono

CDesentētia ex coicationis q̄ sugineda est
Tanq̄ peccata semper fugias anathema
Hic patitur dāna qui maius fert anathema

Hic non eligitur nec eligit et prohibetur
Ecclesie porta cōmunitio sic sacramenta
Traditus est satane. p̄cib̄z caret ecclesieōz
Ac sibi legitimus prohibetur quilibet actus

CNota q̄ homo non debet conuersari
cum excommunicatis. versus

Nūq̄ p̄ticipes his quos anathema cohercer
Qualicunq̄ modo nissi casu iure remisso

Casus quibus homo potest conuer
sari cum excōmunicatio versus

Coniux et natifamuli qui debita querunt
Ignorans super his t̄ dicens utile mentis
Et qui vitare nequit hos urgente necesse
Participant iure strictis anathemate tute

CDe pctis contra spiritum sanctum
que sunt sex versus

Qui peccat nimsum p̄sumens de pietate
Vel qui desperat de diuina bonitate
Aut induratus non cessat ab impietate
Et qui fratrie odit virtutes improbitate
Impugnās verū certus sine cōmoditāte
Qui non fine dolet de culparum grauitate
Contra pneuma sacru peccat sp̄eta deitate
Que prime quinque culpe vir sum releuate
Sexta caret venia q̄ corruit immediate

Sequitur de peccato lingue
Stringe tuā linguā ne mente reddat iniquam
Lingua cito ledit et lesio rara recedit

cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

Et vir perfectus lingua nunq̄ male fatus
Qui male nō loquitur magna virtute potitur
Linguam frenare plus est q̄ castra domare
Ne reprehendaris: caueas ne multa loquaris
Qui multū fatur nunq̄ sapiens reputatur
Et homo linguosus vicinis pernicirosus
Et sibi damnosus: sociis proprijs odiosus
Contrate iactas sit te de crīmine iactas
Si temet laudas: tē christi numine fraudas
Nunq̄ contendas: te frenes te reprehendas,
Sepius offendit, qui semet non reprehendit
Non sis detractor: necrumorum nouus actor
Non accusabis false, nec murmur amabis
Non sis defensor: peccati siue recensor
Non diffamabis alios: nec vituperabis
Si diffamari non vis vel vituperari
Nunq̄ sis censor: temerarius aut reprehensor
Judicium quale facies dabitur tibi tale
Non alijs dicas secretum nec male dicas
Blandus adulator non sis nec conuiciator
Non discordato: fratrum non improoperato
Non blasphemato, irriso: siue minato
Non sis scurrilis ve rebellis siue bilinguis
Turpia colloquia vita velut acta maligna
Corrumpt morea sermones deteriores
Nunq̄ promitas ni promissum dare credas
Nā si promissā nō des tūc perdis am: cum
Promissor mēdax reputatur, deniq̄ fallax

Nūq̄ sis mendax nec vaniloquax neq̄ fallax
Non sis verbosus factatorz t̄ litigiosus
Noli iurare nisi sit res debita quare
Debet et hoc esse verum licitumq̄ necesse
Serua iurādo qd̄ quare, quomodo, quādo,
Nam si plures penas referes tibi plures
Sit sermo vester est est, non non, homo finis
Istos transiliens non erit absq; malo

Triplex est hostis hominis scilicet de-
mon, caro, mundus. versus

Triplex est hostis hoīs, demon, caro mūndus
Non faueas istis ut sis criminē mundus

De mō vitādi tētaciōes et pctā versus

Ut mala deūies aliqd fac ocia vites

Nūc age: nūc ora: lege nūc vagā nulla sit hora

Cerne deūm qui te semper speculatur vbiq;

Qui mala vir celat sed punit et ipsa reuelat

Nil est tam tectū quin sit quādoq; repertum

Prospice q nullā ledunt dominū nisi culpa

Inspice fetorem culpe peneq; dolorem

Cerne quot z quāta pctim dat tibi dama

Obsta principis qz tūc cito vincitur hostis

Quādo nimis crescit ignis vix flāma qescit

Ut vincas sortē christi bene respice mortem

Cum male delinqūo iterū christū crucifigis

Inspice sanctorū necnō exempla reorum

Gloria pro meritis, iustis mala dātur iniquis

Insuper et stellā de noctu cerue nouellam

Nostram tutricem sanctā dominī genitricem.
Sepe salutando deuotius atq; rogaudo
Ut te defendat a demonie quem reprehēdat.
Sic me virgo pia semper defende maria
Hec tibi prestabit virtutem teos iuuabit
Hoc est expertū per multos sepe repertum.

CSequitur de meditatione mortis versus
Ut possis stare propriam mortem meditare
Cerne q; ignoras loca tempus mortis et horas
Et q; dannaris si cum culpa moriaris
Lucem iudicij magni perpende futuri
Qua reprobis ite dabitur iustisq; venite
Inferni penas pensa simul atq; carbonas
Que peccatores torquent cumulō do labores
Igne/gelu/vermes/tenebris/fletus sine fine
Pro vili causa reus est semper sine pausa
Cerne diem mortis que pulsat ad hostia foris
Quod q;ti subito morimur sepe memento
Cerne domum celi ne perdas turbineteli.
Sacre scripture studium subsit tibi cure
Sanctos sectare prauos noli sociare
Sensus frenare satanas carnēq; domare
Uinum sumendo sis sobrius et comedendo.
Et loca prompta malis fuge ne sis pñcialis
Crímina vitabis hostesq; tuos superabis.

CSequuntur versus qui si recte legantur
virtutes notificant si vero retrograde le-
geris vñlia demonstrant. versus

b.i.

Rectifice lege metrificeo non ordine verso
Tendito directe nec lege retrograde
Tu tibi dispiceas nec popam dilige nullum
Spernitio nec laudis sis tibi precupidus
Tu bona diligo nec rodito prospera cela
Turpia nec fratriis tu probra nudifices
Cor tibi mortifica nec bellum querito ritas
Despice nec motus sit tibi predominans
Datua nec propria teneas sed munera larga
fundito tu gaza nec bona concumules
Sollicitus bene sis nec sonum dilige vita
Ocia non teneat te pigra mollices
Delicias fuge nec facies te dulcia sperne
Pocula nec carnem repumac ingluvies
Munditiā gere nec macules te. lubrica mudi
Respuere nec vanis subiaceat tua mens
Recte metra lege tali saluabere lege
Retrogradeq; legas. te sic ad tartara legas.

CTres sūt virtutes theologice. spes. fides et
ritas. **C**Et quattuor cardinales. s. prudētia iusti-
tia. fortitudo. et temperantia. versus
Septem virtutes habeas aduersa refutes
Esto fide firmus: spe rectus: amore leuatus
Prudens et iustus animo fortis moderatus.

CSeptē sūt dona spūs sancti. s. timor pietos
sciētia. fortitudo. p̄siliū. intellectus. et sapientia. v.
Donis replete p̄ocura flaminis almi
Esto timens pius atq; sciens. fortis bñ cōsul

cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

hinc intellectus: sapientia dona dei sunt

CSeptem sūt pīnia seu beatitudines vīsus
Sis bene dotatus vt sis in fine beatus
Sis pauper mītis. flens et sitiens miserator
Mundus pacificus patiens est ille beatus

CSeptē sūt retributōes dictarū beatitudinum
Pauper em̄ regnat mītis possessor abundat.
flens consolatur: iustum sitiens satiatur
Sit pietas et q̄ pīj: dñm mūdusq̄ videbit
Est quoq̄ pacificus domīni proles et amicus

CSeptē sūt opa misericordie corporalia vīsus
Septem corporeas fac pauperibus pīa facta
Dasce famescentes pota nimium sitientes
Indue nudatos: redimas a carne captos.
Egros conforta peregrinos collige porta.
Defunctos sepeli sic sumes gaudia celi.

CSeptē sūt opa misericordie spiritualia vīsus
Septem fac opera pīa spiritualia dicta
Corrige peccātes ac instrue pauca scientes
Consule non doctis et ora pro tribulatis
Conforta mestos porta patiens onerosos
Offensos sponte ledenti corde remitte

CSeptem sunt sacramenta ecclesie. vīsus
Ordo/cōiugium/fons/confirmatio/panis
Unctio postrema/ confessio sunt sacramenta.

COrdo baptism⁹ et cōfirmatio non debet iterari sed cōfessio/cōiugium/sacramētum eucharistie
unctio postrema bene iterantur, vīsus

Ordo baptismus confirmatio non iterantur
Cetera que restant iterari non prohibentur
C De ordine quē debemus tenere in cōfiteō.^{v⁹}
Ut remissaris hoc ordine confitearis
Dic de criminibus mortalibus et speciebus.
Dic de mandatis dñi per te violatis
De male perceptis dicas etiā sacramentis
Si contensisti virtutes vel caruisti
De septem factis pietatis dic male factis
Dic s̄esus quinq;. nec cetera mēbra relinque
Dic bene quecunq; mala feceris ac vbiq;
In factis dictis consensu siue relictis
Que non dixisti dudum. dic si recidisti
In graue peccatum per te dudum recitatum
Res circunstantes dicas peccata grauantes
Saltem mutantes crimenq; nouū generates
Ista grauant vitium dignus status reciduum
Cōditio. numerus locus ordo sciētia tempus.
Copia. causa. mora. modus. etas. lucta pusilla

Septem sunt ordines. *versus.*

Ordo septenus est claro numine plenus:
Tres sunt maiores. sed bis duo sūt mīnores
Janitor est primus. lector vult esse secundus
Exorcista subit hinc acolitus sibi nubit
Subleuita subest: leuita sacratior hoc est
Septimo collatus est ordo presbiteratus.

Nota q̄ homo existēs in sacris tenetur
ad horas canonicas. *versus.*

Ad sacra promotus debet necnon titulatus
Horas quotidie septenas dicere rite
Ut collaudetur xp̄s. mors et memoretur

CNota quo tempore debeat fieri matri
monium et quo non. *v̄sus*
Aduentus differt sponsos. filix quoq; confert
Septuagena negat. pasche lux noua relaxat
Letania vetat. sed tr̄ium numen adiuuat

Casus reseruati ep̄iscopo. *v̄sus*.
Qui facit incestum deflorans ac homicida
Transgressor voti. periurus. sacrilegus q;
Sacrilegus. patrum percussor. vel sodomitā
Et mentita fides faciens incendia proliis
Oppressor. blasphemus. hereticus. oīs adulter
Pontificem sup̄ hijs adeat. clerum feriens q;

Casus reseruati pape. *v̄sus*
Per papam feriens clerum falsarius vrens
Soluītur. et quisquis audet celebrare ligatus
Simon si fuerit sed fallit regula talis
Impubes moāchus. mulier. vetul? quoq; paup
Janitor hostilis tu releuabis eos.

Quibus casibus percutiēs clerū non incurrit
sententiam excommunicationis. *v̄sus*
Percutiens clerum sine pena casibus istis
Ludens. ignorans: te defendendo. docendo.
Prelati iussu. si premonitus ferat arma.
Sic cum cōiuncta michi. reperero muliere.

CQuinq; sunt peccata clamantia vīn

dictam ad dominum: **v**erfus
Clamant ad dñm de terra criminis quinque
Usura et sodoma.merces.homicidae predi
CImpedimenta confessionis. **v**erfus.
Spes longe vite.pudor et timor.ypocrisiae
Impedient ut non confiteatur homo.
CUtilitas vere confessionis. **v**erfus
Gordibus imbutu quis mala que secutum
Uera facit tutum confessio dans sibi secutum:
Et tribuit vires confessio ne recidivet
Et iam securus sit ei confessio mutus.
Consideranda circa quolibet peccatum **v**erfus
Cur/ quid/vbi/quotiens/ et coram quoniam quod
Casus licite iurandi. **v**erfus
Par et fama.fides.reuerentia cautio.damni
Defectus veri possunt iurando teneri.
De modo dicendi horas **v**erfus
Clerice pausando dic horas non properando
Dicas attente dic totum supplice mente.
Dic iuxta morem primo dicasque priorem.
Cum dño loqueris orans non ergo vageris.
Qui bene non dicit horas deus huc maledicit
Sincopavitetur versus non anticipetur.
Donec finitus omnino sit bene primus
Scribit defectus horarum deinde ineptus
Quotidie multos val' et ex his scribere lib:os
Cor sursum teneas vbi sunt que poscere curas
Si non attendis que dicas te reprehendis

cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13


Uix deus exaudit illum qui cor sibi claudit.
Quando rogas ore simul ora supplice mente
Ut quod profertur lingua; bene cor meditetur
Cum dño plalles. psallendo tu tria serues
Dirige cor sursum; bene profer respice sensum
In templo vanum fuge cantum dilige planum
Non clamet tantum cogaris linquere totum
Vos qui seruitis christo seruire studete
Quod memores sitis hos versus sepe videte
Psallite deuote, distincte metra tenete
Uocibus estote concordes vana cauete
Nunq̄ posterior versus prius incipietur
Quā suus anterioꝝ perfecto fine fruatur
Qui psalmos reſecat et sua verba necat
Nil plus inde feret q̄ si sua lingua taceret
Tu quicq; chozo chasti familiaris honoris
Non sis mente foro sed niſt tua cōsonet ori
Esto chozo totus intentus psallere chasti
Laudes deuotus cui te totum tribuisti.

Expliciunt articuli fidei per
Guidonem mercatoris
Impressi.

cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14



1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13



cm

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

cm

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15



cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12



cm

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

cm

15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

